

A X

A V S

Auspices qui sint, require in dictione, *μαυ-  
τικήν* appellant.

Austeritas, corporis qualitas.

Austeri colores uocabantur olim omnes  
præter Minium, Purpurissimum, Cinnaba-  
rim, Armenium, Chrysocollum, Indicū,  
nam hos floridos dixerunt.

Austri, Græce *νότοι*.

A V T

Autogenes, Narcissus Diosc. li. 4. ca. 164.  
*αυτόγενος*, simila, cui nihil ademptum est:  
panis qui ex omnibus farinae suæ partibus  
detractio nulla constat. Vel, ut alijs pla-  
cet, ex quo nihil furfurū decessit: quasi to-  
tum in se triticum, nihil in minutū habens.  
*αυτοφία*, propria cuiusq; inspectio. Sic Gal.  
uocat libro de sectis empiricorum, theore-  
mata & experientias.

A V X

Aux quid sit, lege, Absides.

*αυξησις*, morbi ipsius augmentū, apud Ga-  
lenum libro de temporibus morborum.

Auxiliaria signa sunt, quibus curationis ex  
ipsis obseruata, recordamur.

Auxilium est, quod ad hominis salutem cō-  
stitutum est, compositum quantitate, qua-  
litate, ordine, & tempore.

Anxios ægros uocamus, qui accubitus nō  
perferentes, figuras euariant. Hinc a Græ-  
cis *τὸ ἀλύειν* positū, pro *ἐν ἀλῆ δυσφο-  
ρίῃ*, id est, anxietudine obturbari moleste.  
Quamuis etiā lætari designet, ut apud Ho-  
merum. Vide Cælium lib. 6. cap. 26.

A X I

Axillæ, sinus sub summo brachio, Græce  
*μασχάλαι*, unde et ducitur, et *ἀμφυμάσκα-  
λα*, id est, uestis manicata, uel seruilis.

Axina maior, Periclymenon apud Diosco-  
ridem libro. 4. cap. 16.

Axinomancia, id est, per secures, dolabel-  
lasq; facta diuinitio.

Axis, fera hinnuli pelle, pluribus, candidio-  
ribusq; maculis, sacra Libero patri. Plini-  
us libro. 8. capite. 21.

Axillaris uena, iecoraria ramusculus.

A X O

Axos, flos est spinæ eiusdem nominis, uene-  
natus: de quo uide Dioscoridem libro. 6.  
capite. 33.

A X V

Axungia, adeps suillus.

B A

A X Y

*ἀξύνγιον*, Axungia.

A Z I

Azimar, Spongryen.

A Z Y

Azymus panis, panis non fermentatus.

**B**

B A C

Baccalia, Lege, Laurus Baccalia.  
Baccaris, Nardum rusticū, Plin. li. 12. ca. 12.  
Baccar, id est, Asarum.

Baccaris, herba fruticosa, quæ in coronas ad-  
ditur. Dicimus & Baccar, falso a quibusdā  
uocata Nardum rusticū: cum Nardus ru-  
stica sit Asarum. Plura de illa, lege apud  
Dioscor. lib. 3. capite. 49. & inibi Barbari  
Corrollarium. Baccaris inquit Gale, Hip-  
pocrati quoddam unguentū Lydium est.  
Non defuerunt, qui genus floris esse uo-  
luerunt, quæ nos hodie Gariophyllum uo-  
camus, sed de hoc abunde in Corollario.

Bachmindus, medicus citatur ab Galeno.

Bachius, medicus citatur ab Cælio Aureli.

B A D

Badius color. Vide, Puniceus.

B A I

Baia, et Spadices, palmarū cum fructu ter-  
mites. A quo & color equino generi Spa-  
dix, aut Spadiceus, & Phœniceus, hoc est,  
palmeus. Vnde uulgo quoq; Baius. Alio  
qui Phœniceus proprie is est, qui uermi-  
culus & puniceus uocatur, ab Eusebio, si-  
ue Hieronymo in Chronicis: nomen ha-  
bens a Phœnia illo, qui literas inuenit, de  
quo Plinius libro. 7.

Baius color. Vide, Balius, & Casius.

B A L

Balanus, uocatur id genus alui subducen-  
dæ, quod clysteris loco subditur. A specie  
glandis. Id, ut ait Pollux, ex adipe ac nitro  
factitabatur parte plurima. Vtitur & *βα-  
λανίσαι* uerbo Hippocrates.

*βάλανος*, glans.

*βαλάνιον έλαιον*, oleū quod fit ex unguen-  
taria glande. Cæterū unguentariam glan-  
dem Vergilius interpretatur Myrabolā-  
non, & Myrepicon. Serus scholæ, & ue-  
tus Pandectarum sutor illud interpretan-  
tur oleum de Ben, uel Behen.

Balanus scordianus. Lege, Castanea.

Balanus Myrepica, id est, glans unguen-

raria, apud Dioscor. lib. 4. cap. 163. Plin. libro. 12. capite. 22.

Balaria, Lychnis coronaria apud Dioscor. libro. 3. capite. 113.

Balaryis, Bryon Thalassion, apud Diosco. libro. 4. capite. 100.

Balauffus, herba non multum dissimilis Narcisso.

Balaustinus color dictus a flore Punica, autor Thyl. de coloribus.

Balaustium, sylvestris Punica flos est, Cytinus uero satiuæ. Vulgus indoctorum hodie passim Balaustia uocat, & Cytinos, cum tamen & Dioscor. & Gale. manifeste Cytinos in satiuæ, priuatim appellauerint: Balaustia uero in agresti. In quibus sciendum, Cytinos Punicae flores, a tumore dictos graecis fuisse. κῦττος enim illi, quod ambitu & tumore suo aliquid capit, et in se claudit, dixerunt. Lege. Cytinus.

Balbi sunt, qui pronuntiando, literam unam, uel syllabam exterunt, & praetermittunt.

Balbus. Lege. Morbi.

Balenæ ora habent in fronte: ideo summa aqua adnatantes, in sublime nimbos efflant. Plinius libro. 9. capite. 6. In mari Indico animal maximum, capite. 4.

Balineum, pro balneo dixerunt Plinius & Seneca in naturalibus quaestionibus: fortasse a graeca dictione βαλανείον, quod graecis significat balneum.

Balij, qui graece βαίοι, id est, Baij.

Balius color, id est, uarius, uel spadiceus, id est, palmeus, qualis est equorum quoque apud Maronem. Nam et Baius uulgo dicitur is, quoniam spadices, hoc est, palmarum cum fructu suo termites graeci uocant *Baia*. Lege. Baia.

Balincium, uinum quod in Sicilia nascitur, saporem mulsi referens.

Ballarion, Lychnis. Vide Corollaria apud Dioscor. libro. 3. capite. 113.

Ballote. De Ballote uide rixam scriptorum in Herbarij nostri Tomo secundo, ubi singillatim opiniones coaceruauimus. Egit de ea & Plin. lib. 27. cap. 8. Eum lapsum mirum quam nititur tueri Collinucius.

Balneæ. De Balneis Galenus refert, Aliquas fieri studio nostro, Quasdam uero sponte naturæ. Nostra opera fiunt balneæ ex Nepeta, Origano, Hysopo, Thymo, & huius generis, spasmis & doloribus multum

utiles. Balneæ uero quæ sponte proueniunt, diuersæ sunt: nitrosæ, falsæ, sulphuræ, asphaltidæ, σκωτηριώδης, ferri, aut æris naturam habentes. Quædam ex his compositæ. Harum omnium uis exiccandi. Stipticæ sunt omnes falsæ, & æratae. Sulphuræ stomacho apte. Ferratæ Iyeni conueniunt & stomacho. Sunt & frigidae balneæ, quæ ψυχρολουσαί uocantur: et habent quidem illæ iuuenta sua: de quibus Galenū require. Nos quoque priuatim tractaturi sumus. Laconicum hoc genus quondam appellabatur, quod eo Lacones uterentur. Quamquam & alius fuerit illis mos, qui & hodie quoque manet, ubi hypocaustula calefacientes, æstu exactum sudorem expellimus. Videtur notasse Marcialus, cum dicit. Ritus si tibi placeant Laconum, contentus potes arido uapore cruda uirgine, marcia uergeri. Appellatur pluribus nominibus: Laconicum, Pyriaterium, Hypocaustum, Sudatorium, Spheristerium. Cicero ad Atticum, Laconicum sibi parari petit. Et Columella. Quotidianam inquit cruditatem, laconicis excoquimus, & exusto sudore sitim quærimus. &c. Vitruuius libro. 5. docet rationem Laconicorum fiendorum.

Balneæ. Lege. Thermae.

Balneæ naturales, lege, Thermae.

Baloten, nomine alio Marrubium nigrum, a similitudine foliorum uocant. Plin. 27. scripsit alia appellatione a graecis uocari, ac folijs quæ porri maioribus constare.

Balsamita, ut inquit Dioscor. albæ uiole Iyrii, aut pyracanthæ magnitudine conspicitur. Foliū rutæ proximū, longe candidius, perpetuo uirens, in Iudæa solū quadam ualle & Aegypto nascens: his differens modis: scabricia, proceritate, gracilitate. Quod igitur tenui & cappillacea coma est, Theristū uocant, quasi demessile. Fortasse, quoniam ob gracilitatem facile demetatur. Plura Plin. lib. 12. cap. 25. Theophr. lib. 9. cap. 6.

Balsami fructus, ligna, & succus an comode hodie a nostris haberi ualeant, & an in officinis uere seruentur, uideant qui ea impudenter ementibus obtrudunt. Nam nisi Plinius nos fallat, admodum, praeter eius raritatem, in eo loco ubi prouenit, etiam difficile extra prouinciam mittitur, & supra modum adulteratur. Tamen mouere Pharmacopolas libuit.

B A

Balsamena, Buphthalmus apud Dioscor. libro. 3. capite. 157.  
 Balsamodes, Casia alterū genus, ab odore simili appellata, sed amara, Plinius. lib. 12. capite. 19. Lege. Casia.  
 Balsamon ut feritur, colitur, metitur, & colligitur, uide apud Plin. lib. 12. cap. 25.  
 Balsamum uerum quid sit, quomodo colligatur, & de adulterio eius, require apud Theophrastum lib. 9. cap. 6.  
 Baltheus, in re medica pro farine massa accipitur, quæ alio noīe Consersio uocatur.

B A N

Βάνχος. Lege. Onistos.

B A R

Barba Iouis, Semperuiuū. Lege apud Dioscoridem Chryfocome lib. 4.  
 Barba Iouis, Chryfocome apud Dioscoridem libro. 4. capite. 58.  
 Barbyla, Anemone.  
 Barbarum Rha, Rha barbarum.  
 Barbula hyrci, quæ ab alijs Come uocatur, breui est caule, folijs croci, radice longa, dulci, supina, magno super caulem calice: cuius summo semen nigrū dependet. Unde nomen inditum est. Dioscor. libro. 2. Theophrast. libro. 8.  
 Barbari equi, Lege, Appuli Roseani.  
 Bardana, Arction, Dioscor. lib. 4. cap. 108. Καρούσμου, quod grauiter olet.  
 Βάρευτον, herba Sabina, Lege, Sabina.  
 Bardones. Lege, Inulum.  
 Bared, apostema durum ipsius oculi.

B A S

Basilicæ, Lege, Charinæ.  
 Basilion, Viola alba, uel Leucoion, apud Dioscor. libro. 3. capite. 139.  
 Basiliscus, noīe notius animal q̄ uisu, Cyrenaicæ potissimus prouinciæ, 12. non amplius digitorum magnitudine, candida in corpore macula, ut quodam diademate in signi, Sibilo omnes fugat serpentes. Nec ut reliqui serpentes corpus impellit, sed celsus & erectus in medio incedens. Frutices & herbas necat, non contactu solum, sed & afflatu. Huic tamē tali monstro, mustelarum uirus exitio est. Plin. lib. 8. ca. 21.  
 Basiliscus, tanta fertur acuitate ueneni, ut quamuis breuissimus (palmum enim non excedere dicitur) serpentem tñ quātumlibet magnū halitu suo extinguat, Aelian.  
 Basis interdum ipse uocatur pes.

Basilis Anonymi  
 medicus. 5. 2. 20

B A

Basilicon syluestre, Ocymastrum apud Dioscoridem libro. 3. capite 48.  
 Basilica uena, Iecoraria.  
 Basilicon, Emplastrum nigrum, quomodo fit, lege apud Celsum lib. 3. cap. 19.  
 Basus, citatur eius unguentum arthriticum ab Actio sermone. 12. cap. 44.

A A T

βαταλίξεισαι, turpiter et effeminate uiuere.  
 Batalus dicebatur apud Atticos pudendorum pars, græce Βάταλος. Quidam τὸν προκτόν, id est, podicem batalum uocant: & Cynedos quoq; sic dictos, ἀπὸ τοῦ τυπέδος ἐν τῷ ἔργῳ καὶ βαταλίξεισαι, id est, ab ictibus qui in re foedissima inferuntur. Vide Chiliad, Eras.

Βάβυσ, id est, profundus.  
 Bathypicron, Absinthium, apud Dioscor. libro. 3. capite. 25.  
 Bati, Lege, Crithmon.  
 Βατός ἰδαία, i. rubus idæus, Enula campana. Lege. Helenium.  
 Batos, id est, Rubus apud Dioscor. li. 4. ca. 40.  
 Batrachion. Lege. Βάτραχος.

Βάτραχος, id est, rana, uulgo notum animal in ripis fluminū & paludum coaxans. Est & morbi genus Batrachos, intumentibus sub lingua uenis. Cæterū Batrachion partim herba Ranunculus, partim quod ex putrilagine diuini laticis nascitur, specie ranunculi, uenenum presentissimū, quod uel solo halitu minus prudentes opprimit quo utuntur Chymistæ. Hoc ab effectu quoq; Chryfocolla dicitur officinis.  
 Batrachiu, Ranunculo, Lege. Ranunculo.  
 Batrachus, Halica. Lege. Calamites.  
 Βάτραχοι, ranæ.  
 Βάτραχοι χλωροί, ranæ uirides.  
 Batrochos, linguæ tumor cum inflammatione, maxime pueros infestans.

B D E L

Bdellion, arbor nigra, magnitudine oleæ, folio Roboris, fructu Caprifici, naturaq; Gummi, Plinius libro. 12. cap. 9. Lachryma est Saracenicæ arboris. Dioscor. libro. 1. Officinæ, Bdellium Iudaicum uocant.  
 Bdelyra, Chamelea apud Dio. lib. 4. ca. 182.  
 Βδέλαι, sanguifugæ.

B E B

Bebriacenses aues, turdorū specie, paulum infra columbæ magnitudinē, sapore gratæ, Plinius libro. 10. capite. 49.

B E

B E C H

*Βηχ*, tussis.

*Βηχαί*, tusses.

Bechicon, idem quod Bechion, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 124.

Bechion quid sit, uide Dioscor. lib. 3. ca. 124.

Bechicum medicamentum, quod tussientibus utile est.

B E L

Belbiton, præter bubulum finum, apud Galenum polyporum etiam carcinoma significat.

Belecci, legumina apud Aristophanem. Sic enim quidam interpretatur. *Βελεκοί* græce.

Belenion. Est in libro de Plantis apud Aristotelem, si modo non subdititius est, Belenium, inquit, delibitorium in Perside uenenum erat, & in Aegyptum, & Palestinam translatum, sine periculo mandit cepit. Hæc commentatio Græcis perierat, ut inquit Barbarus. Habebatur in Arabico, demum conuersa est in Græcum sermonem a quodam, ut fertur, Maximo. Propterea quedam in eo libro barbara fruticum, & radicum leguntur nomina, ut sunt Benteli, Nenuphar, Opinais, & aliquot huiusmodi. Opinais quid sit, parum liquet: nisi quis pro Silphio intelligat: quoniam succum inibi ex eo manare lentiusculum scribitur, quem priuatim uocamus *δπου*. Bentelos autem initio spicata esse traditur, mox in arbore grandescere.

Belion, Polium montanum, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 122.

Belotocos, & Belouacos, Dictamnem, apud Dioscor. lib. 3. cap. 35.

Bellaria, flos Lychnidis herbe, apud Paulum lib. 3. cap. 24.

B E N

*Βενεγία*, id est, Acorus.

Benteles. Lege, Belenion.

Benteli. Lege, Belenion.

Benedicta, a salubritate sic dictum electarium, ualet artheticis, et podagricis, ut dicit Nic.

Berenices suffimentum, uide apud Aetium lib. 13. cap. 119.

B E R

Berbena, alias, Verbena.

Berberion, uel Berberi, conchæ genus, ex qua uniones, & margaritæ uelluntur. Autor Barbar. in Coroll. Chamarion lib. 2.

Berilion, Anemone.

B I

B E S

Besafa, semen Rutæ, ut placet Aetio sermone. 8. cap. 47.

Bestiana antidotus, hepatis scirrhus conueniens, describitur ab Aetio lib. 10. cap. 6.

B E T

Beta duorum generum, notissima herba. Sic dicta, quia depressa, figuram b. refert. Vide Dioscoridem lib. 2. Plinium lib. 19. cap. 8. Theophrastum lib. 8. Athenæum libro. 3. Dipnosophist.

Betanomancia, ex herbis miracula facit, a Theffalis sceminis orta, quas hodie sagas uocamus. Fuerunt Betanomantæ, apud Vergilium Pharmacentria, apud Homerum Circe.

Beticus color, uide Pullus.

Betonica, est apud Dioscoridem lib. 4. ca. 1. Plinium lib. 25. cap. 8.

Betonicæ quedam species est, quæ unum caulem habet, & in petris nascitur, teste Paulo Aegineta. Multum differt specie, non effectu ab alia Betonica, ramulos habens Pulegij minores, et gustu fatuas. Barbar. Coroll. 1. in librum quartum.

Betifalca, Vitis nigra, apud Dio. li. 4. c. 195.

B I A

Biaron, Draconcium maius.

B V B

*Βουβων*, & inguen, & inflatum, quod generatur ex aluo.

B I D

Bidentibus, ferramentis rusticis. Satyrographus. Viue bidentis amans, & culti uillicus horti. Columell. lib. 4. cap. 5.

B I F

Bifida animalia uocantur *τὰ δίχνηλα*, bos, elephas, capra, porcus, ouis.

B I G

Bigemmes, duarum gemmarum, sicut Trigemmes, trium gemmarum, id est, oculorum: sic enim in arboribus & uitibus nominantur. Vnde & gemmateræ, & gemmascere dictæ. Vide Columell. lib. 5. cap. 3.

B I H

Bihernij uocantur, quibus in utrisque stroti partibus signa herniæ apparent. *δικήλος* Græce.

B I L

Bilis Crocea, ea quæ uulgo Vitellinæ uocatur. Bilis pallida, ea quam uulgo uocant Citrinam, uel Citrinam choleram.

B L

Bilagium medicamentū, id est, *χολάγωγον*.

B I P

Bipalio, genus est rustici ferramenti, ad fo-  
diendum accommodati, cuius crebra men-  
tio est apud scriptores rerum rusticarum.  
Colum, lib. 3, cap. 13.

Bipennula, id est, Pimpinella.

B I S

Bison, animal e boum syluestrium genere,  
cerui figura, media fronte inter aures unū  
cornu habens excelsius. Plin. lib. 8, cap. 18.

Bifontes gignit Scythia, & Germania; uul-  
gus hodie Bubalos appellat. Suspiciatur  
Volateranus doctiss. uir, alios esse Buba-  
los, quos hodie sic uocamus, ab hijs, quos  
Plinius intellexit.

Bifamiū, sic Romani *γυγιδιον* appellant.

Bissinum, coloris species.

B I T

Bitumen Iudaicum, graece *ἄσφαλτος*.

Bitron, Lege, Thlaspi.

B L A

Blacta, talpa, ἀπὸ τοῦ *βλάκτειν*. Quidam  
etiam aliud genus Blactarum faciunt.

*βλάκτος* *μασιλήτης*, species quaedam Cas-  
siae. Lege, Cassia.

*βλαμένειν*, id est, torpere, olim dicebantur,  
qui obeundis negocijs, nimio plus deside-  
bant, quadamque quasi mollitie torpebant.

Blanca, existimo Italicum esse uocabulum,  
quod pro albore possit interpretari. Sic &  
Nicolaus interpretatur, quoniam albos  
purget humores. Habetur in Antidota-  
rio Nicolai.

Blapsigonia, morbus apum, quando foetū  
scilicet non peragunt. Plin. lib. 11, cap. 19.

Blatta pistrinaria, Lege, σίλφη.

Blattaria herba, folijs minutis, & candidis,  
cauliculis pluribus, flore luteo. Barbarus  
in Corollario existimat tertiam esse specie  
Verbasci, locus est apud Dio. li. 4, ca. 105.

Blattae Bizantiae quae sint, lege apud dictio-  
nem Oryx, & apud Serapionem cap. 94.  
& apud Galenum capite Ostracorum. In  
Officinis omnibus conspicue habentur.

Blatteus color, Lege, Ruber.

*βλαίσσοι*, uide, Varipedes.

*βλάς*, id est, germen.

Blauus color, Lege, Ceruleus.

B L E

Blechnos, Pteris, uel Filix, apud Dioscori-  
dem lib. 4, cap. 196.

B L

*βλενώδης*. Lege, *ισχίας*.

Blechron, Glichon, uel Pulegiū, apud Dio-  
scoridem lib. 3, cap. 34.

*βλέναρ*, id est, mucū, phlegma uocauit Pro-  
dicus Medicus, praeter morem omniū an-  
te se. Galenus lib. 2, de Facultatibus.

Blephara, flos Nymphaeae altere, apud Dio-  
scoridem lib. 3, cap. 150.

*βλέφαρον*, palpebra.

*βλέφαρα* Graeci uocant, quae nos Cilia, u-  
trinque oculum in somno, & in occurso no-  
xae alicuius claudentia, appellamus. Et

*βλεφαρίδης*, quas nos palpebras, in extre-  
mo ciliorum margine natos pilos, quibus  
in uidendo lucis nostrae radij diriguntur.

*βλεπίδαίμων*, distortis oculis, ueluti ab dae-  
mone percussus. Sic uero nominari Socra-  
ticos, autor Pansanias est.

Bles, lingua Dacorum Blitum.

Blesi uocantur, qui literam aliquam expri-  
mere non possunt, eamque non quamlibet,  
sed certam.

Blesitas, non tam linguae uitium est, quam  
eorum etiam, qui oblesum gressum habent,  
quae ratio uocabuli est apud Graecos *παρὰ  
τὸ βλάπῳ*.

Blessi, quibus extrorsum sunt crura: sicut  
Rhebi, quibus introrsum sunt, autore Poll.

Bletrus, eadem herba quae & Pteris, & Blach-  
non, asperae, & mordicantis naturae. Sic  
Scholia Nicandri. Forte ea quae apud Dio-  
scoridem lib. 4. Filix appellatur.

*βλήτρον*, Blitum.

B L I

Blininthes, Lumbrici, uel intestina terrae,  
uel uermes terrestres.

Blitum, uel Blitus, uel Bletum, indifferēter  
dicitur graece & latine. Erumpit ocysime  
blitum, Semen ut beta corticeum, copio-  
sum, racemosumque ut attripli. Radice non  
una, crassa, in rectum tendente, ut beta, &  
lapathon, & maxima pars olerum, sed con-  
tinua, multiplici, ac proluxa. Inspidum, &  
sine acrimonia. Duorum generū habetur,  
rubeum, & candidum. Et quia stultum est  
holus, hodie quoque in prouerbiū uenit, ut  
stupidos quosque & hebetes, Bliteos uoce-  
mus. Blitea quoque ingenia. Nullū in mor-  
bis, aut sanitate usum habet. In aliquibus  
tamen locis uulgarī plebeculae edendo est.

B L O

*βλόμ*, panis fragmentū. Vnde & panem

B O

ἰκτάλλομον dixit Hesiodus, uelut octo fragmentorum.

BOA

Boacæ. Lege, Manas.

BOL

Βολβοφάκκ, sic a Poeta quopiam cognominatur lens, eo q̄ Bulbus illi miscebatur.

Βολχόν, Bdellium.

Bolitos, bouinum stercus.

Bolon, Sparganion, apud Dio. lib. 4. c. 24.

BOM

Bombochylon, Mandragora, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 79.

Bombyces, insectorū genus in Assyria proueniens. Nidos luto figunt falis specie: sed tanta duricia, ut spiculis perforari uix possint. Plin. lib. 11. cap. 22.

Bombylis, generis Bombycis. Idem ibidē.

BON

Bonafius, Peoniae bestia, equina iuba, caetera tauro similis: cornibus ita in se inflexis, ut non sint utilia pugnae. Plin. lib. 8. ca. 15.

Bonus habitus, est sanitas quaedam composita, & constituta.

BOO

Boos, serpens immensus, uictitans lacte bouum, & bubulorū, Solinus cap. 8. Hos Plinius lib. 8. cap. 14. portentosaē magnitudinis in Italia quondam fuisse scribit.

BOR

Βορείοι, uenti Septentrionales.

Borion, Epipactis, apud Dio. lib. 4. cap. 110.

BOS

Βοσκὰς. Lege, Palimpeffa.

Bosmorus, frumenti religiosi genus, tritico minus, ut inquit Strabo. Inter amnes prouenit, excussumq; torretur protinus. Iura mentoq; adiguntur messorum, non absportaturos se id prius inde, quam coxerint, ne semen in alias terras communicari possit. In Diodoro Bosphoron, non Bosmoron, corruptis exemplaribus inuenias.

BOT

Bothryon, oculi ulcus arctum & purum, graece Βόθρυον, quasi fossulā duxeris Auienna annulū uocat. Est in cornea oculi.

Botrys, Ambrosia, apud Dio. lib. 3. ca. 127.

Botrys, fruticosa herba, lutea tota, et in multas alas sparsa: semen eius circa ramulos prouenit. Dioscor. lib. 3. cap. 128. Cappadoces & illam Ambrosiam uocant. Alij Artemisiam.

B R

Botrytis, prima Cadmia species, apud Dioscoridem lib. 5. cap. 75.

BOV

Bouinalis, Paronychia, frutex, apud Dioscor. lib. 4. cap. 57.

Bouina fames, Βούλιμ & graece.

BR A

Brabyla prima apud Theocritum, id est, Damascena.

Βραδυπεψία, tarda concoctio.

Βραχίον, brachium,

Brachium ossibus constat duobus. Brachij prominens summitas dicitur Acrocomia, aut humeri caput. Item Epomis, & Acrocalia, apud Iulium Pollucem.

Βραγχοκήλας, Graeci appellant etiam & in inguibus Βουβωνοκήλας. Sed & in ceruice inter cutem & asperā arteriam Βραγχοκήλη uocatur. Quo modo caro hebes, modo humor aliquis, melli, aquaue similis includitur. Interdum minutis ossibus pills admixti.

Βραγχ & raucedo, ubi in larynge & gutturo fit fluctio, ab Βραγχιάζω, id est, raucedo. Aegineta passionem uocat artericam, libro. 3. Praeceptorum. a Βραγχιάζω item, id est, raucedo.

Branchia, corpora carthilaginea, secundum asperam arteriam, quae cum putrescunt, aliquando per sputum eijciuntur, ut inquit Galen. lib. 1. locorum affectorum.

Branchia. Piscium alij branchias multiples habent, alij duplices: his aquam acceptam ore remittunt: super qua re sic scribit Ambrosius in Hexamero. Pisces branchias habent, quas multiplicant & colligunt, nunc explicant atq; aperiant: in hac ergo collectione & apertione dum suscipitur aqua, & transmittitur, ac penetrat, respirationis munus uidentur implere. Vide Columell. lib. 9. cap. 17.

Brassica rustica, Apocynon, apud Dioscor. lib. 4. cap. 84.

Brassica syluestris, maritimis, praeruptisq; locis gignitur, satiuę similis, sed candidior, hispidiorq; & amara.

Brassica petrea, Brassica syluestris.

Brassica rustica, Brassica syluestris uocatur, & nomine alio Capparis.

Brassica erratica, Brassica syluestris.

Brassica marina a satiuā praecipue abhorret: q̄ folia ferat rotūde aristolochię prelōga,

*pr. l. 5. d. 5.*

*Brachia s. d. 5.*

*Brachia mor. by parrot s. d. 5.*

## B R

tenuia. Singula a ramis rubentibus exeit, singulari ut hedera stylo. Habet lacteum succum, sed paucū, falso gustu, & aliquantum amato, pingui compage.

Brassica canina, Apocynon, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 84.

Brassica canina, Cynocrambe, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 202.

Brassica ingens, quæ arborem equauit, uisa Manardo, de qua uide lib. 9. Epist. 3.

De Brassicæ multis generibus, qui uolet cōsulat Dioscor. lib. 2. cap. 33. Theophrast. li. 7. cap. 4. Plinium lib. 20. cap. 9. Catonem de re Rustica cap. 156. cap. 157. Commentarios præterea Herm. Barbari, & M. Vergilij; uix enim usquam olus aliquod apud illos celebratius, maiorūq; iuuamentorū.

Βράσαι uocantur terremotus, deorsum se ad angulos rectos iactitantes; a similitudine aquæ efferuescentis.

Βράβη, id est, Sabina, Lege, Sabina.

## B R E

Brechmalis, Indorum lingua, piperis granuacua, & inania. Plin. lib. 12. cap. 7.

Βρεχού, Aegyptiace Lupinus.

Βρέγμα, anterior tantum capitis capillata pars est. Latini Sinciput uocant.

Brenthiæ, radices quædam, quibus mulieres nonnullæ genas rubificant: quas nonnulli fucum, aut Anchusas interpretantur.

Brephoctonos. Magice Conyza, apud Dioscoridem lib. 3. cap. 135.

Bretanica, apud Dio. li. 4. c. 2. Plin. li. 25. c. 3.

Brethyon, unguenti genus crassioris.

## B R I

Brichilata, Onobrychis. Dioscor. li. 3. c. 171.

Brion, pes galli. Lege, Caucahis apud Dio.

Brifam. Videtur Brifa poni pro uinaceis.

Nam Plinius hoc idem memorans de passo conficiendo, sic inquit. Quidam ex quacūq; uua dulci, dum percocta illa faciūt, siccantes sole, donec paulo amplius dimidium pondus supersit, tūscq; leuiter uuas exprimunt; deinde quantum expressere adijciunt uinaceis aquæ, puteoue. ut & secundarium passum faciant, diligentiores eodem modo siccatis acinos eximunt, ac si ne farmentis madefactos uino excellenti, donec intumescant, exprimunt; & hoc genus ante cetera laudāt. Dispice, an ex hac Brifa deduci cōmode possit Brifseus, propter illud Persianum. Est nūc Brifseus quæ

## B R

uenenosus liber Acci. Quo in loco interpretes multi multa comminiscuntur, pauci pauca bene. Nihil decerno ut dogmatistes, sed opinor ut opinator. Scio apud Macro. cognominari Bacchum Brifseus. Quidam autem Brifsam uuam tunc dici, cum pedibus calcatur ad uinum exprimendum. Columel. lib. 12. cap. 35.

Britamite, Ampelos Melena, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 195.

Βριταννική, Lege, Halimum.

## B R O

Broci, dentes.

Brochos, id est, Bdellium.

Βρώμα δδόντων, rosio dentium.

Βρομάδες, quod egregie nutrit.

Βρομάδες εν τῷ γευσει, gustu uirosūm.

Bromos, alia ab Aegilope, etiam auenacel generis, apud Dioscor. lib. 4. cap. 141.

Bromus genicula quædam habet, ut inquit Dioscorides, folio & stipula tantum mutatur, & in cacuminibus dependentes paruulas, ueluti locustas gerit, in quibus semē cōtinetur, utile ad cataplasmata uti hordeum. Commentarij quidam pro auena interpretantur; & nō admodum abludit descriptio. Est & herba eius nominis, cuius mentionem Dioscorides facit lib. 4. non auena quidem uera, sed similis auenæ, et uiribus fortasse æquipollens.

Bromos, Auena, apud Dio. lib. 4. cap. 140.

Βρογχοκήλη, in ceruice, inter cutē et asperam arteriam tumor, qui modo caro hebes, modo humor aliquis mellis, aquæue similis includitur; interdum minutis ossibus pili admixti, Teutonice, der Kropff.

Βρογχοκοιλία, uitium procliue nostris conciuibus insulæ Rupertianæ.

Bronchocele, est tumor iuxta fauces, differens ab eo quod in secreto nascitur. Vel, Bronchocele est tumor in collo magnus ac rotundus, ab interioribus partibus hęc appellatorem fortitus. De speciebus eius ut de Paulum lib. 6. cap. 38.

Βρογσχία uocantur a dissectoribus asperæ arteriæ, cartilagines, σ litera figuram referentes.

Bronchion, id est, carthilagineum corpus.

Brotion, Aizoum minus, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 92.

## B R V

Brucia, liquor resinæ ambustæ secundus,

## B R

post Cedriū pix dictus, lentore ab alia pi-  
ce differēs: item colore rutilante, & quod  
pinguior, e Plinio conijcere licet. Bruci-  
am a Brucijs dictam, ubi nascitur, ad oppi-  
dum Mamernium, feraci minore, ut Stra-  
bo inquit.

Bruchus, locustarum generis, alis carens,  
græce *βουχ*. *Similis Cuspidi id. m. r. m. d.*

Brustandula, Lege, Lupulus.

Bruscum, tuber in arbore, præsertim in Ci-  
tro, & Acere.

Bruta, arbor Cupressō similis, ex albidis ra-  
mis, iucūdi odoris accensa. Plin. li. 12. c. 17.

Brucia pix. Plinius. Pix in Italia ad uasa ui-  
no condendo, maxime probatur Brucia.  
Vide de ea Columel. lib. 12. cap. 19.

Brucula nobilis. Lege, Irion.

## B R Y

Bryon, Lichen, apud Dioscor. lib. 4. ca. 56.

Bryon marinum, nascitur in scopulis, testa-  
ceisq; haud procul a mari, gracile, capilla-  
ceum, caulis expers. Dioscor. lib. 4. ca. 100.

*βρύον*, i. muscus, a quibusdam *σπλάγχνου*  
uocatur, in Cedro arbore, Populo alba, &  
Quercu inuenitur. Dioscor. lib. 1. Barba-  
rus differentiam facit inter Bryon, & Bri-  
on: ut Bryon quidem aliarum arborum  
corni sint, Briō uero Populi candidæ uua,  
circa Gnidum optima, aut Cariam, in siti-  
entibus, asperisq; Plin. lib. 12. cap. 23. 28.

Bryon item quidā Amoschum intelligūt,  
ut ad Demetriadem diuus Hieronymus.

Bryonia, Vitis alba, apud Dio. li. 4. ca. 194.

Bryonia syluestris, Aiuga, uel Chamepy-  
tis, apud Dioscor. lib. 3. cap. 176.

Bryonia nigra, Vitis nigra, apud Dioscor.  
lib. 4. cap. 195.

Bryton, Lege, Lupulus.

## B V B

Bubalus. Lege, Bisontes.

Bubo, noctis monstrum, inauspicata auis.  
Plin. lib. 10. cap. 12.

*βουβώνες*, sic Græci uocant omnium gene-  
rum præter naturam tumores, in quacūq;  
corporis parte factos. Paulatim deinde ad  
certa aliqua genera contracta ea uox est,  
priuatimq; Bubones dicti, qui aut offensa  
propinqua parte, aut ulceribus alijs, aut  
doloribus sine periculo plæruncq; adnasci  
consueuerunt. Aut qui per pestilentia in  
febris præsentis periculo ingruere solēt  
in femoribus, alis, colloq; Latini contra

## B V

inguina sua ad certam femorum partem,  
angustius quam decebat adhuc contraxe-  
runt: qm̄ scilicet frequentiores illie fiunt  
tumores, & ueluti abscessus huiuscemodi.  
*βουβωνικήλη*, tumor testiculi ex inflamma-  
tione, ac febres afferens. Siue tumor in in-  
guine ex repletione nerui, in quo testicu-  
lus dependet.

*βούμας*, magnas mammas habens.

*βούπεινα*, id est, magna fames.

*βούπις*, magnos oculos habens.

Bubonion, Aster, uel Inquinalis, apud Di-  
oscoridem lib. 4. cap. 121.

## B V C

Buceras, uel ut Plinius, Buceros, Fœnu-  
græcum: sic appellatū a Theophrasto pri-  
mum, in. 4. lib. de Plant. hist. a Bubali cor-  
nu, cuius figuram gerit.

*βούκερ*, Lege, Buceras.

Bucephalus, Tribulus, apud Dioscoridem  
lib. 4. cap. 17.

Buccina, a Græcis *κέρυκες* dicuntur. Sed  
tamen Muricum nomen generalius est,  
utpote quod & purpuram quoq; compre-  
hendit. Muricum generis sunt, inquit Pli-  
nius, que uocant Græci Colycia, uel ut alij  
legunt, Corycia, turbinata eque, sed mino-  
ra multo, efficaciora etiam, & oris halitum  
custodientia. Athenæus hæc non muricū,  
sed cannarum generibus contribuūt: eas  
quoq; in Macedonia *κωροκούς* dici, Athe-  
nis uero *χεῖρα*, in cætera Græcia Tracheas,  
hoc est, asperas uocari prodit: quod & Pli-  
nius fere aliubi secutus uidetur. De Bucci-  
nis, & eorum iuuamentis lege Dioscor. li.  
2. Plin. lib. 9. cap. 36.

Buccinum, minor concha: ad similitudinē  
eius Buccini, quo sonus editur: unde &  
caussa nomini, rotunditate oris in margi-  
ne incisa. Plin. lib. 9. cap. 36.

Bucinus minor, Delphinū, uel Sena, apud  
Dioscor. lib. 3. cap. 82.

Bucolos, nouellos boues, & tirunculos,  
Græci *βούκολον* uocant Bubulcū, & *βου-  
κόλιον* armentum bouum. Colu. lib. 6. ca. 2.

Bucranion, Vitis nigra, Dioscorides libro  
quarto, cap. 195.

## B V FF

Buffo, Lege, *φρύνη*.

## B V G

Buglossa, Buglossos, et Buglossum, idem.  
Buglossos, id est, Borrago.



B V

Buglossos, id est, Borrago uera, de qua alias in Herbarij nostri Tomo. 1.

Buglossum, lingua bubula, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 129.

Buglossum magnum, apud Dio. li. 4. c. 120.

B V L

Bulapathon, Lapathorum generis, radice tantum altitudine differens a cæteris.

Bulbina, rubicundo radice bulbo, folijs porraceis, ut ait Plinius, Mantia uocant Buberigi. Vide Corol. Barb. in Bulbo cibario.

Bulbus, Cornelius Celsus in Bulbis numerat allium, & cepam. Plinius discriminat, docens quo modo serendi sint. Megaricos Bulbos laudat Cato. A Poetis optimo epitheto, salaces nominantur: quoniam stimulant Venerem. Verum de hisce Bulbis nihil ad rem presentem. Sunt præterea Bulbi in radicibus arundinum, liliorum, aliarumque plantarum, a similitudine dicti. Hinc Plinius scribit, radicem lilij unam, sepe Bulbos quinquagenos emittere. Item scribens de Asphodelo herba, sic refert. Radix eius naxis modicis similis est, neque alia numerosior, octoginta simul acervatis sæpe Bulbis: & mox radicem, id est, Bulbos interpretatur. Idem Plin. scribens & ipse de arundine, enarrat quid sit apud Colum. Bulbus in radice arundinis, Plinij uerba sunt hæc. Seritur arundo Bulbo radice, quam alij oculum appellat, dodantrali scrobe. Ab eodem Plinio Bulbasæ, et Bulbaceæ radices appellatur, in quibus Bulbi tales conspiciuntur, quales in radicibus arundinum. Colum. li. 4. ca. 23.

Bulbi Megarici, quod e Megari ciuitate Græciæ nenirent: & genus est cepæ.

Bulbus cibarius, describitur ab Dioscoride lib. 2. cap. 189. & Plin. lib. 19. cap. 5.

Bulbus Emeticus, Narcissus, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 164.

Bulbus Hæmaticos, Lilium syluestre, apud Dioscor. lib. 3. cap. 138.

Bulbus, Lilium syluestre, apud Dio. li. 3. c. 138.

Bulbus Morbitarius, Karicissus, apud Dioscoridem lib. 4. cap. 164.

Bulbus syluestris, Ephemerum uenenum, apud Dioscor. lib. 4. cap. 88.

Bulbus Vomitorius, uel Emeticus, idem. Meminit eius Dioscor. lib. 2. cap. 188.

Bulbus Vomitorius, folia habet leuiora, & longiora Bulbo cibario, de quo est apud Dioscor. lib. 4. cap. 162.

Bulbus - bulbi - B V

Bulbus agrestis, Colchicum. Dio. li. 4. ca. 87. Bulimos, Græce βούλιμος, passio nominata stomachi, & casus appetentiæ, ex frigiditytate exteriori, qui a fame quidem inchoauit, sed non habet eam amplius adiunctam. Et per hoc differt ab appetentiâ canina, quæ contrarium operatur. Gal. li. 2. Aph. Aph. 21. βούλομος, id est, fames.

B V N

Bungæ, Lege, Mergum.

βουνιάς, Napum, Lege, Napum.

Bunias, id est, Napum syluestre, secundum Manardum Epistolarum lib. 5. Epist. 3. tom. 1.

Bunion, apud Dioscor. lib. 4. cap. 125.

B V P

Bupina, similis Bulimix, passio, qua immodice siti excruciantur infirmi, da eyner muofs getruncken haben uuié eyn kuo. Sic enim Alexander Medicus appellauit lib. 3. Medicinæ.

βουπρησις, Lege Buprestis.

Buprestis, natum in Italia animal longipedi scarabeo similitum, fallit inter herbas bouem maxime, unde & nomen inuenit: deuoratumque, tacto felle ita inflammat, ut rumpat. Non satis tamem ostendunt rustici eius animalis formam, diuersisque appellationibus, diuersis locis, & diuersa forma describitur, & appellatur. Vide Plinium lib. 30. cap. 3. Dioscor. li. 2. & Nicandrum in Theriacis suis. Est & herba eius nominis, ut illud etiam obiter admoncam.

B V PH

Buphthalmos, est apud Dioscor. lib. 3. cap. 157. Plinium lib. 25. cap. 8.

Buphthalmos, Semperuiuum. Dio. li. 4. c. 91.

Buphthalmus, Cotulæ foetidæ similis, flore luteo. Vocatur & Heluros. Vide Coroll. Barb. in dictione Buphthalmus.

B V R

Burrhus color. Vide, Rufus.

B V T

Butyrum, spuma lactis est, concretius quam quod serum uocatur. Dicitur & hic Butyrus: & ab Hippoc. Picerion. Sic nominatum est primum a boue Butyrum: ut miretur Dioscor. Galenus, quod ex caprino, & ouillo confici lacte dixerit. Ex caprino tamen fieri solere, testis est Plinius: quod tamen antiquiores negauere, nomen magis, quam rei naturam contemplati. Vide Dioscor. lib. 2. Plin. lib. 28. cap. 9.

B V

*Βούτυρον*. Lege. Butyrum.

B V X

Buxeus color est, qui pro pallido sumitur. Pollet enim præ cæteris buxea maceria.

B Y

Byne, medicamentum quo tumores olim ponebantur; eo usus est Aetius. Erat autem hordeum madefactum, quod germen emittit; & deinde una cum enatis ligulis torrebatur, tritumque pro cataplasmate imponebatur. Aetius libro. 10. capite. 29.

*βυσσάιχονα* dicitur, cui ad collum humeri sunt contractiores. Quamquam apud Pausaniam quoque eo appellatur uocabulo, qui collum componit, sursumque protrudit humeros.

Byssinus color, a Byssio lini genere tenuissimo, fulget ut aurum.

C A C

**C**acabulum, Solanum, uel Strychnon apud Dioscoridem libro. 4. capite. 74.

Cacabi, & Cacabides, a sonitu & stridore dictæ olim perdices sunt.

Cacabos lingua Pœnorum Solanum somniferum, apud Dioscor. lib. 4. cap. 76.

Cacaliam, eam putant esse quæ apud Plinium margaritis minutis similis redditur, libro. 4. Dioscor. capite. 124.

Cacalia. Vide. Cancamus.

*κακεξία*, malus corporis habitus, ubi ex mala corporis habitudine alimentum corrumpitur. Vide. Tabes.

Cachectici, quorum corpus macie conficitur.

Cachla, Buphthalmos, Dioscor. li. 3. ca. 157.

Cachrij, rosmarini semen, uel rosmarini herba. Sic Nicandri scholia, meminit & Dioscorides, Cachryos.

Catoblepa, modico corpore, sed cæteris membris iners, caput tamen prægrauè egre ferens, id deiectum semper in terram; alias internecio humani generis, omnibus qui oculos eius uidere, cõfestim expirantibus. Plin. lib. 8.

*κακοχμία*, malus succus. (cap. 21.)

*κακοχρόια*, decolorata corporis species sine manifesta causa. Paul. uocauit *ἀχρῶσιαν*.

Cacoethia, malignitas.

*κακοῦθεσ*, pessimum ulceris genus, quod sua uigra grande difficileque apparet, ignauum, & quod dolo interdum fallit. Paul. de ulceribus.

*κακόναμος*, male furatus, male tibiatus.

Theop. *πᾶν ἐσσί κακονάμοισιν ἐρίσδει*.

Cacophonia, uocis uicium.

C A

Cacos, Iris syluestris apud Dio. lib. 4. ca. 25. *κακοςόμαχος*, quod stomacho non conuenit. *κακοςόμαχα*, quæ stomachum lædunt. *κακοχυλά*, quæ mali succi sunt.

C A D

Cadmiam, & eius usum, & genera eius, lege apud Dioscor. libro. 5. capite. 75.

C A L A

Calabrix, pro sentice, a græco fortasse, cum Iulius Pollux inter uillarum septa maneret, genus unum quod *καλάυρων* inquit appellatur.

*καλαβωτίσ*. Lege, Crommion.

Calamagrostis, gramen hatundinum apud Dioscor. libro. 4. capite. 34.

Calamintha, Mentha, seu Hediosmos, apud Dioscor. libro. 3. capite. 39.

Calamintha syluestris, Scordium, apud Dioscor. libro. 3. capite. 123.

*κάλαμοι*. Lege. Harundo.

*καλαμίδασ* Græci proprie dixerunt acus ex harundine factas, quibus mulieres cincinnos & uelameta capitis uelarent; quod nunc æreis, aut argenteis fit.

Calamites, ranarum species in harundinetis, frutetisque roris linctu uictitans, sine uoce, omniumque minima & uiridissima; quæ si forte a bubus hauriatur, distendit eas. Hanc & Driopterem iuocari credimus a Plinio: quia inter frutices & arbores uescitur, teut. Laubfrosch. Est & genus uocalis, parua, scandentis arbores. Inuenitur & palustris, muta, inter uenena. Aristoteles ranas communes Tolmatias, aut Lymnaas, hoc est, lutarias & lacustres nominat. Varro luridam ranam dicendo, pro calamite uidetur dixisse: quamquam epitheton hoc ranarum omnium faciant Poetæ. Habetur & Batrachos halica, hoc est, piscatrix rana, sed inter pisces, Aristoteli, & Girroni.

Calamus odoratus in India nascitur. Melior est fuluus, dense coloratus, & qui assulose frangitur, plena araneorum fistula, albicans, lentus in mandendo, & adstringens, & cum aliquanta acrimonia amarus. Plinius lib. 12. cap. 22. Calamus odoratus in Arabia nascens, communis Indis atque Syriæ est. Marc. Verg. Qui odoratus Calamus dicitur a Dioscor. libro. 1. cap. 17. a Plutarcho in libello, quod Bruta ratione utantur, Arabicus dictus est: & quam natale